

Jacob Fabricius

**Rector Academiae Rostochiensis, Jacobus Fabricius, Collegii Medici Decanus ...  
Ad funeris exequias ... puerο ... Theodoro Christophoro Varmeiero, hodie ... a  
patre moestissimo parandas, Cives Academiae ... invitat**

Rostochii: Pedanus, 1632

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777138670>

Druck    Freier  Zugang



**Fabricius, J.,**

**in Th. Chr. Varmeier**

**Rost. 1632.**





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777138670/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777138670/phys_0003)

DFG



RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
**JACOBUS FABRICIUS,**  
Collegij Medici DECANUS,  
Archiater & Professor ordi-  
narius,

Ad funeris exequias,  
Optima ſpeſe & indolis eleganțissima  
puero ſexenni,

**THEODORO**  
CHRISTOPHORO  
VARMEIERO,

bodie, media primâ, in Templo Mariano,  
à patre mæſtissimo parandas,

Cives Academæ omnes & singulos  
peramanter invitati.



ROSTOCHII,

Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.  
ANNOM. DC. XXXII.

10

**N**os omni ætati insul-  
tat, estq; ut Plutarchus ait,  
Consolat. ad Apollonium,  
vita nostra tanquam fatale  
debitum, quod contra-  
xerunt majores nostri, atq;  
a nobis persolvendum sine  
gemitu, quando ille, qui commodavit, velut  
creditor repetet: Et quod merito admiramur,  
non est certus definitus terminus, ad quem  
depositum illud est reddendum, non aliter uti  
nec trapezitæ scire possunt, quando reposcen-  
da sit apud eos fors deposita: quò respexit Poë-  
ta quidam scribens,

*Vita data est utenda, data est sine fænore nobis.  
Mutua, nec certa persoluenda die.*

Quod licet sciamus, Mortis tamen adventum  
perpetuo formidamus. Philippus Macedo, re-  
ferente Plutarcho, oportuno loco castra posi-  
turus, cum audiret ibi non esse pro jumentis  
alimenta: Qualis tandem, inquit, est vita no-  
stra, qui etiam ad Asinorum commoda eam  
cogimur dispensare. Grave nimirum existi-  
mavit, & vix tolerandum, istis animalibus,  
quorum tamen usu & operâ neutiquam carere  
poterat,

poterat, quidpiam temporis vitæ suæ impendere, quod tamen impendere opus non habuit, cum istam curam curādam etiam gregarijs militibus committere valuisset. Nimirum, quod Plinius ait, nulli animantium vitæ cupido major, nulli tamen eadem fragilior, nulli pavor confusior, nulli moriendi metus acrior. Venit hæc lex communis ad omnium vitam, ne sit sine malis. Et si quis secum penitissimè rem omnem expenderit, vitam nostram extremam reputabit esse miseriā. Quæ enim pars ætatis calamitatib⁹ vacat? Nōne statim à principio plorat, ut primū natus est, insans, vitāq; à lacrumis auspicatur: Quæ tandem non premit eum molestia, semper etenim vel penuriā, vel frigore, vel calore, vel verberib⁹ urgetur: quin & prius quam loqui possit, quanta patitur, flens scilicet, fletum solum reperit anxietati suæ medlam, prout omnis ætatis & conditionis miserias Plato in Axiocho pertexit.

Opulentia, inopia, odium, amor, ira, pax, quietes,  
Ociaq; , furorq; , insidiaq; , jusq; , visq; (crux,  
Farrago viæ est, quam placuit vocare vitam:

Tam dissona sibi monstra, quis expiare sumat?  
Sicut stirpes aliquando multos, aliquando nullos fructus ferunt, & animalia copiosos aliàs, aliàs nullos procreant fœtus, & ut in mari tran-

A 2 quillita-

quillitatis ac tempestatum sunt vicissitudines;  
sic etiam in vita multæ ac variæ eveniunt circumstantiæ, quæ homines in diversos fortunæ casus trahunt, in quos dispiciens aliquis non inepte dixerit:

Δεῖ σέ δὲ καίσαρ καὶ λυπάσθαι.  
Συντὸς γδὲ φόβος, πάντα μή τοι θέλησε,  
ταῦτα θέων όταν βολεμόντων δοῖ.

Opus est te gaudere & miserere,  
Mortalis enim natus es, & ut hanc velis,  
Superi sic constituerunt.

Omnia vidi ait Ecclesiastes, humana omnia cogitatione peragravi, opes, delicias, potentiam, instabilem gloriam, sapientiam, quæ magis subterfugit, quam tenetur, delicias iterum, sapientiam iterum, eadem saepius revolvens, ventris voluptates, hortos, famulorum greges, possessionum copiam, pincernas, utriusque sexus, cantatores & cantatrices, arma, satellites, gentes ad genua procumbentes, collecta tributa, regni supercilium, omnia denique tam ad vitæ usum necessaria, quam superflua, quibus reges omnes, qui ante me fuerunt, superavi: Et quid posthac omnia? Vanitas vanitatum & omnia vanitas & præsumptio spiritus, hoc est, uti Nazianzenus recte explicuit, orat. X. inconsideratus quidam animi imperius,

tus; & distractio hominis, ob veterem forrasse  
lapsum hâc pœnâ multati. Plato ludo tesse-  
rarum vitam comparabat, ubi & jaciendum  
est, quod sit commodum; & jaclu quod cecidit,  
recte usur pandum: Ac jacere quidem in nostrâ  
non est potestate, si vero recte sapimus, penes  
nos est, quod fortuna obtulit, convenienter  
accipere, & suo quodq; disponere loco, ubi &  
propria maximè conducant, & quæ præter vo-  
luntatem eveniunt, minimè offendant. Alij  
alijs eandem comparant, vitam nostram fu-  
mo, bullæ, umbræ, vitro, soninio, & si quid ijs  
evanidum magis, assimulantes: Ac quemad-  
modum in mari, ut Virgilius ait, *terraq; urbesq;*  
*recedunt*, non aliter in hoc cursu rapidissimi  
temporis, primum pueritiam abscondimus, de-  
inde adolescentiam, deinde quidquid est illud  
inter juvenem & senem medium, in utriusq;  
confinio positum, deinde ipsius senectutis opti-  
mos annos: Novissimè incipit ostendi publi-  
cus finis generis humani, qui mors est, vel po-  
tius principium alterius vitæ, quæ neq; dolori-  
bus, neq; ærumnis, neq; nullius invidiæ subjecta  
amplius. Portus enim est, ad quem in his mundi  
calamitatibus miseri navigamus omnes, ad  
quem quo citius pervenerimus, eo citius libe-

A 3:

rabimur.

**F**abimur. Quod respexit Bernhardus, quando  
mortem fidelium definit transitum de labore  
in refrigerium, de expectatione in præmium,  
de agone in brabejum, de morte in vitam, de  
fide in notitiam, de peregrinatione in patriam,  
& de mundo ad Patrem, ut propterea cuivis  
pio cum Poëtâ exclamare liceat:

*Quid mortem metuam, quid mille pericula rerū,  
Vita mibi Christus, mors mibi dulce lucrum.  
Ad portum veni, Mors, Peccatumq; faceſſe,  
Vitā cum Christo latitiāq; fruor.*

Cæterum vitæ nostræ fugacitatem, sub pri-  
mis ætatis annis, optimæ indolis & spei puer  
*Theodorus Christophorus*, Viri Consultissimi,  
Dn. *Theodori Varmejeri* J. U. D. & judicij pro-  
vincialis ac Consistorij Ecclesiastici Advocati  
ac procuratoris industrij filiolus, etiam ante  
triduum expertus, Naturæ, quo adstrictus  
fuit, persolvit debitum, atq; ex hujus mundi er-  
gastulo in cœlestem Paradisum translatus est,  
sui desiderio Parenti, alijsq; cognatis & agna-  
tis relicto tristissimo. Nat⁹ ille die Aprilis quin-  
to, post nonam vespertinam, anno 1627. in ipsâ  
luminarium conjunctione, quæ juxta Astrolo-  
gos vitæ brevitatem portendere assolet, matre  
omnium virtutum matronalium laude, cum  
viveret,

viveret, dignissimā, *Elisabethā Piliā*. Avum  
Paternum habuit Virum Ampliss. & Consul-  
tiss. *Dn. Jacobum Varmejerum*, J. U. Licent. &  
Reverendissimi Osnabrugensium & Verden-  
sium Episcopi, *Dn. PHILIPPI SIGISMUNDI*, Ducis  
Brunsvicensis & Luneburgensis p.m. Consilia-  
rium, & Gogravium quondam fidelissimum.  
Maternus avus fuit *Jacobus Piel*, Civis & Cen-  
tumvir hujus Reipub. ac templi Marianī Jura-  
tus meritissimus. Materna avia etiamnum  
superstes est, *Catharina Storckia*, ex vetustissi-  
morum ac Rinteliorum, in diœcesi O-  
snabrugensi familijs prosata, matrona hono-  
ratissima. Materna avia similiter adhuc pietati  
& divino cultui dedita nobiscum vivit, *Tilja*  
*Dossia*, *Dn. Nicolai Dossij* Medicinæ Doctoris o-  
lim non infelicis, soror charissima. Ex hisce  
Majoribus prognatus, postquam sacrosancto  
Regenerationis lavacro, Christo Servatori  
suo initiatus esset, statim sub primâ infantia  
non exigua bonæ frugis in eo sese manifesta-  
runt indicia, quæ deinceps & parentum & præ-  
ceptorum diligentia subinde aucta sunt, ut  
non vulgarem spem de ulteriore illius in bonis  
literis profectu, quotquot eum noverunt,  
conceperint. Verum summo rerum huma-  
narum

marum dispensatori longè aliter visum, qui illi  
tertio Octobris variolas inimisit, quæ non tan-  
tum more solito totum corpus defœdarunt,  
sed & Decimo quinto ejusdēc; præter adstantiū  
opinionem, vitæ clausulam horā post meridiē  
mediā primā attulerūt; Morbi hujus decursu, quantum  
per ætatem, morbiq; vehementiam licebat, semetipsum  
sæpius elegantissimis precatiunculis erexit, ut dubium  
non sit, quin ejus sancta animula cœtui Apocalypticō,  
magno numero in conspectu Agni congregato, sociata  
vivat, & cum illo voce magnâ ingeminet; Salus Deo  
nistro, qui sedet super throno; Benedictio, & claritas,  
& sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, ac for-  
titudo Domino nostro in secula seculorum. Nostri  
porrò erit muneris atq; officij, cives Academicī, ad  
corporis exuvias terræ commendandas, hodie horā  
mediā primā frequentes convenire, & nostrā ~~orationē~~  
erga Parentem, filiolī sui præmaturum obitum lugentē,  
contestari. Adeste ergo omnes & singuli, & defun-  
ctum in dormitorium suum deducite, simulq; inter  
eundum Germaniæ nostræ, atq; in primis circuli hu-  
jus Saxonici faciem tristissimam summo Deo com-  
mittite, ut is periculosos motus compescat, sedet &  
sopiat, & quæ nobis imminere videntur mala, cle-  
mentissime avertat, deniq; vivos optatissimā pace, &  
morituros, suo quemq; tempore, beatissimā morte  
donet & beat. P. P. Sub Sigillo Rectoratus Acade-  
mici die XVII. Octobr. Anni Juliani XXXII.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777138670/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777138670/phys_0014)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777138670/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777138670/phys_0015)

DFG



viveret, dignissimā, Elisabe-  
Paternum habuit Virum Ar-  
tiss. Dn. Jacobum Varmejerum  
Reverendissimi Osnabruge-  
sium Episcopi, Dn. PHILIPPI  
Brunsvicensis & Luneburge-  
rium, & Gogravium quondam.  
Maternus avus fuit Jacobus E-  
tumvir hujus Reipub. ac ten-  
tus meritissimus. Materna  
superstes est, Catharina Sto-  
Storckiorum ac Rintelioru-  
snabrugensi familijs prosata  
ratissima. Materna via simili  
& divino cultui dedita nobis  
Dossia, Dn. Nicolai Dossij Me-  
lim non infelicitis, soror cha-  
Majoribus prognatus, post  
Regenerationis lavacro, C  
suo initiatus esset, statim su-  
non exigua bonæ frugis in-  
runt indicia, quæ deinceps &  
ceptorum diligentia subinde  
non vulgarem spem de ulteri-  
literis profectu, quotquo  
conceperint. Verum summa-



the scale towards document

Avum  
Consull-  
icent. &  
Verden-  
i, Ducis  
Confilia-  
ssimum.  
& Cen-  
ni Jura-  
iamnum  
vetustis  
recesi O-  
la hono-  
c pietati  
it, Tilia  
ctoris o-  
Ex hisce  
rosancto  
ervatori  
infantiâ  
unifesta-  
n & præ-  
unt, ut  
in bonis  
verunt,  
huma-  
narum.